Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Cum dicit posuisti. ostendit immobilem passionem. quam sci amicinis id persecutoribus pacientur, Opprobrium. contra probum positum est. nam sicut omnia proba decora sunt. sic indecentia opprobria sunt, Derisus uero. uox est confusa laetitiae. & immoderata tristitiae. Qui sunt incircuitu nostro. scilicet infideles et perfidos exponit,

Posuisti nos opprobrium uicinis nostris. subsannationem & derisum his qui sunt incircuitu nostro ⁊

Martyres enim posita sunt insimilitudinem xpi. quando eos gentes paribus poenis affligebant, Commotio capitis et martyribus contigit. quae facta est in passione dni cum eos iniqui blasphemabant cum inrisione uel capitis commotione,

Posuisti nos insimilitudinem gentib. commotionem capitis in populis ⁊

Tota die uerecundia pro nobis patiebatur xps atque confusionem. & iam usque ad ipsum patibulum crucis,

Tota die uerecundia mea contra me est. & confusio faciei meae co operuit me ⁊

A uoce exprobrantis & obloquentis. a facie inimici & persequentis ⁊

A uoce exprobrantis. cum diceretur ei. si filius di es. descende de cruce. obloqui est. absentia detrahere, a facie inimici. id est iudae. et persequentis populi iudaici,

Haec omnia uenerunt super nos. nec oblitui sumus te. & iniquae non egimus in testamento tuo ⁊

haec omnia. Uox martyrum, omnia quae iudae pertulisti. & nos eadem pertulimus, nec oblitui sumus. sedet semper confessi sumus, et iniq. non egimus. id est inde speratione non incidimus, In testamento. nam qui illum mente retinent. eius testamentum nesciunt obliuisci,

Et non recessit retro cor nostrum. & declinasti semitas nostras a uia tua ⁊

Retro redit cor eorum qui de dni bonitate desperant. quod isti minime fecerunt. qui spem in dno habere probati sunt, Via enim angelica nuncupatur, semita hic in malo posita est, recte enim humanae semitae id uoluptuosi calles quos ambulat humana fragilitas a uia supna diuisae